e-codices

Aut ſoli aut lunæ miſerias narrant ſuas.
Qvos pol ego credo humanis querimonijs
Non tanti facere quid uelint aut quid non uelint
Vobis narrabo potiuſ nunc meas miſerias
Grece hęc uocatur emporus philemonis.
Eadem Latine mercator mattici
Pater ad mercatum hic meus me miſit rhodum
Biennium iam factum ē poſtq̄ abij domo
Occoepi amare forma eximia mulierem
Sed eam ut ſimpliciter dicam opera eſt auribꝫ
Atque aduortendum ut animum adeſt benignitas
Et hoc parum eſſe morę maiorum inſtiti
Per me percontatus ſum ſumq; index illico
Nam amorem hęc cuncta uitia ſectari ſolent
Cura egritudo · nimiaq; elegantia
Hec non modo illum qui amat ſꝫ queq; attigit
Magno atque ſolido mulctat infortunio
Nec pol profecto quiſquam ſine grandi malo
Preq̄ reſ patitur ſtudet elegantiæ
Sed amori accedunt et hęc quę diximus
Inſomnia erumna. error & terror et fuga
Ineptia ſtultitiaq; adeo et temeritaſ
Incogitantia excors immodeſtia
Petulantia · cupiditaſ & maliuolentia
Inheret etiam auiditas deſidia iniuria
Inopia contumelia & diſpendium
Multiloquivm pauciloquium hoc ideo fit
Quia quę nihil attingunt ad rem nec ſumptus videt
Tum amator proferri ſepe aduerſo tempore
Hoc pauciloquium rurſum id circo predico
Quia nullus unquam amator adeo callidus
Facunduſq; in rem inſit ſuam vt poſſit loqui
Nunc vos mihi iraſci ob multiloquium non dec&
Eodem quo amorem venuſ hanc mihi legauit diem
Illuc reuerti certum & conata eloquar
Principio atque animus e phoebiſ etate exijt

Lizenz: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 157r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/de/fmb/cb-0138/157r)